

adversarii ratio fundatur, sequitur, ut trinitas divina efficiat trinitatem sibi eandem specie. Ceterum trinitas nec finis est is, quem adversarius putat, ut declaratum iam est, nec efficiens esse potest. Et longe minus ad deum referri haec possunt, sed ipse fallitur et miscet confunditque res, quarum
5 conclusiones monstra plane sint contra naturae rationem.

Cap. XX. Confutatio octo argumentorum adversarii de mundi ex nihilo secundum Aristotelem creatione.

Transit adversarius ad mundi creandi rationem et, quod Platonem 20,1 audierit scripsisse mundum esse creatum ex materia, conatur capite suo
10 VI. VIII. IX. X. demonstrare Aristotelem opinatum ex nihilo mundi productionem, ut veriolem Christianum faciat Aristotelem, quasi Plato ex materia sensibili praesupposita mundum creatum putaverit. Quae cum probare studeat, sic argumentari velle videtur: »Deus prima causa efficiens omnium rerum est auctore Aristotele, qui duodecimo Metaphysicae libro
15 caelum et naturam dependere ex deo ait — hoc enim produci et effici est — et secundo de Generatione deum complevisse totum faciendo continuam generationem, et primo de Caelo et tertio de Anima deum et naturam nihil facere frustra. Hoc enim indicatur deum esse efficientem causam principalem, naturam autem causam instrumentalem.« Item: »Cum deus causa finalis rerum
20 omnium sit, finis autem et efficiens in deo coincidunt — agit enim propter se ipsum deus — sequitur, ut deus sit causa efficiens omnium et proinde mundi, de quo agitur.«

Item: »Causa, quae est actus purus, non agit per motum neque in 2 tempore et proinde non ex potentia materiae alicuius nec subiectum ullum
25 materiale sibi praesupponit, quia sic per motum et in tempore ageret. Deus autem est causa, quae actus sit purus, ut duodecimo Metaphysicae demonstratum est. Ergo deus sine motu et tempore agit et nihil praesupponit et proinde ex nihilo producit.« Item: »Causa omnipotens nihil in producendo sibi praesupponit. Nam nisi eius potentia ultra subiectum materiale se
30 extenderet, non omnipotens esset. Sed deus est causa omnipotens. Cum enim actus sit purus sine ulla potentia passiva, habeat infinitam potentiam intensive, non extensive necesse est, proindeque omnipotens sit. Ergo deus ex nihilo omnia producit.« Item: »Necesse fuit, ut dei omnipotentia aliquo modo manifestaretur. Quod cum non alio modo fieri posset nisi per pro-
35 ductionem ex nihilo — ita enim potentia infinita requiritur, quae super

15 cf. Georg. Trap. Comparationes II. 6 sqq.

δημιουργίας ὄρων, ὑπερβαλλούσης —, διὰ τοῦτο πάντα ὁ θεὸς ἐκ τοῦ μηδαμῶς ὄντος παρήγαγεν.»

- 3 Ἔτι· »ἀνάγκη δοῦναι πρώτην ἀπλῶς ποιητικὴν αἰτίαν ἐν τῇ τῶν ποιητικῶν αἰτίων τάξει, ὡς ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν Μετὰ τὰ φυσικὰ δείκνυται. αὕτη δὲ ἐστὶν ὁ θεός. ἥς δὴ αἰτίας μηδὲν προϋποτιθείσης τῷ ἑαυτῆς λόγῳ — 5 ἄλλως γὰρ ἂν οὐχ ἀπλῶς πρώτη, ἀλλ' ἐν γένει ἂν ἦν πρώτη· ἐποίει γὰρ ἂν διὰ κινήσεως καὶ τινος αὐτῇ ὑποκειμένου — ἔπεται τὸ τὸν θεὸν διὰ τὸ πρώτην εἶναι ποιητικὴν αἰτίαν οὐδὲν ἑαυτῷ προϋποτιθέναι, ἀλλ' ἐκ τοῦ μηδαμῶς ὄντος ποιεῖν.» ἔτι· »τριῶν ὄντων αἰτίων ποιητικῶν, τέχνης, ἥτις τοῦ κατὰ συμβεβηκὸς εἶδους μόνον, οὐδὲν τοῦ κατ' οὐσίαν ἐφαπτομένη παράγει, καὶ 10 φύσεως, ἥ δὴ τὸ οὐσιῶδες εἶδος παράγουσα οὐδὲν τῆς ὕλης ἐφάπτεται, καὶ τοῦ θεοῦ, ὅστις πολλῶν τοῦ πρώτου καὶ δευτέρου ὑπερέχει αἰτίου, εἴ γε πάντα αὐτοῦ ἐξήρηται, ἔπεται τοῦτον ἀπλῶς δύνασθαι παράγειν καὶ οὐδὲν ἑαυτῷ προϋποτιθέναι καὶ οὕτως ἐκ τοῦ μηδαμῶς ὄντος ποιεῖν.» ἔτι· »εἰ V 123^v ἕκαστον εἰς τὰς ἑαυτοῦ ἀρχὰς ἀναλύεται ὡς ὁ οἶκος εἰς λίθους καὶ ξύλα, 15 ἐξ ὧν τὴν ἀρχὴν συνέστηκεν, καὶ ὁ κόσμος ἄρα, εἰ ἀναλυθῆσεται, εἰς ἐκεῖνο ἂν ὑποστρέψειεν, ὅθεν καὶ γέγονεν. ἀλλὰ τῆς θείας θελήσεως ἀφαιρεθείσης εἰς τὸ μηδὲν ἂν ἀναλυθῆι. ἐκ τοῦ μηδαμῶς ἄρα ὄντος γέγονεν.»
- * Ταῦτοις τοῖς λόγοις ὁ ἐναντιὸς θαρρήσας οἶεται τὸν Ἀριστοτέλην ἐκ τοῦ μηδαμῶς ὄντος τὸν κόσμον δεδημιουργῆσθαι δοξάζειν. οἵτινες αὐτῷ 20 μὲν τῷ λέγοντι ἀναγκαῖαι ἀποδείξεις εἰσίν. τοῖς δ' ἄλλοις καὶ μετρίως λόγων ἡμμένοις σοφίσματα, ὡσπερ καὶ εἰσί, δοκοῦσι καὶ ῥάστην ἐπιδεχόμενα λύσιν. ἡμεῖς μέντοι πρὸ τοῦ τὰ ἀσθενῆ ταῦτα ἀράχνια διαλύσαι τὴν Ἀριστοτέλους καὶ τῶν ἐξηγητῶν αὐτοῦ δόξαν περὶ τῶν προκειμένων ἐκ- θήσομεν, ἀδύνατον οἰομένων οὐ τὸ ἐκ τοῦ μηδαμῶς ὄντος μόνον, ἀλλὰ καὶ 25 τὸ ὅλως δημιουργηθῆναι τὸν κόσμον ἢ γεγενῆσθαι. οὐδὲν γὰρ παρὰ τῷ φιλοσόφῳ τούτῳ διαφέρει, εἰ δεδημιουργῆσθαι ἢ παρῆχθαι ἢ γεγενῆσθαι βούλοιο φάναι. ὁ τοίνυν Ἀριστοτέλης ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Φυσικῶν ὡσπερ τι ἀξίωμα λαμβάνει καὶ κοινὴν πάντων φιλοσόφων ἔννοιαν μηδὲν ἐκ τοῦ μηδενοῦς εἶναι, καὶ τοῦτό φησι πᾶσι τοῖς πρὸ αὐτοῦ φιλοσόφοις δοκεῖν. 80 εἰ οὖν τις ἐκ τοῦ μηδενοῦς τι παρῆχθαι ἢ γεγενῆσθαι φαίη, τάναντία τῷ Ἀριστοτέλει ἐρεῖ. τὸ γὰρ μηδὲν δυνατὸν γενέσθαι καὶ τὸ δυνατὸν γενέσθαι ἀντίκεινται ὡς τὰ ἀντιφατικά. καίτοι οὐδ' ἐστὶ φάναι ὀρθῶς, ὡς τοῦτο ἐπὶ μὲν τῶν διὰ κινήσεως προαγομένων δυνατὸν ἐννοεῖν ἅτε ὕλην αὐτοῖς ὑπο- τιθέντων οὐ μὴν καὶ ἐπὶ τῆς ἀπλῶς τῶν ὄντων προόδου τῆς μηδὲν προ- 85 ὑποτιθείσης. τὸ γὰρ οὕτω διαστέλλειν οὐκ Ἀριστοτέλους, ἀλλὰ τῶν τὴν δόξαν Ἀριστοτέλους τῇ δημιουργίᾳ μὴ μάχεσθαι δεικνύει βουλομένων ἐστίν. ὅπερ οὐδ' αὐτὸ προσίσταται τῷ τὸν Ἀριστοτέλην δοξάσαι μὴ δεδη- μιουργημένον τὸν κόσμον. οὔτε γὰρ τινι τοιούτῳ ῥήματι οὐδαμοῦ ἐχρήσατο V 124 ὁ φιλόσοφος οὗτος, ὡς καὶ ὁ ἐναντιὸς οὐκ οἶδ' ὅθεν μαθὼν ὁμολογεῖ, οὔτ' 40 ἐκ τῶν οἰκείων αὐτοῦ ἀρχῶν ἐμφαίνει τὴν ἀπλήν ἐκείνην πρόοδον, ὡς εἰ καὶ μὴ διαρρήδην, ἐμφαντικώτερόν γε μὴν ἐνδείκνυσθαι τοῦτο, πλὴν εἴ τις

80 cf. Arist. Phys. α 8, 191.

distantia infinita, quae inter ens et non ens terminos creationis est, prae-
valeat —, ideo cuncta ex nihilo deus produxit.»

Item: »Dari primam simpliciter causam efficientem in ordine causarum 3
efficientium necesse est, ut secundo Metaphysicae demonstratur. Haec
5 autem deus est. Quae causa cum nihil praesupponat sua ratione — nam
nisi ita esset, non prima simpliciter, sed in genere esset; ageret enim in
subiectum et per motum — sequitur, quod deus propter primam causali-
tatem efficientis causae nihil sibi praesupponat, sed ex nihilo agat.» Item:
»Cum tria principia sint agentia: ars, quae formam accidentalem producat
10 non attingens substantiam, natura, quae formam producat substantialem
non attingens materiam, et deus, qui potius primo secundoque est, cum
ex eo illa dependeant, sequitur, ut hic simpliciter possit producere et
nihil agendo praesupponere sibi atque ita ex nihilo facere.» Item: »Si unum-
quodque resolvitur in sua principia, ut domus in lapides et ligna, ex quibus
15 constituta est, mundus quoque, si resolvetur, ad id revertetur, ex quo
factus est. At remota voluntate divina revertetur ad nihilum. Ex nihilo
ergo factus est.»

His rationibus persuasus adversarius Aristotelem mundi productionem 4
sensisse et ex nihilo arbitratur. Quae ipsi quidem potissimae quaedam
20 habentur demonstrationes. Ceteris vero etiam mediocriter eruditus sophis-
mata sunt et solvi facillima. Sed priusquam solvam ineptias istas, expli-
cabo sententiam Aristotelis et expositorum impossibile esse non solum,
ut ex nihilo, sed etiam ut omnino productus sit mundus creatus. Nihil
enim refert apud philosophum hunc, sive productum sive creatum sive
25 factum aut generatum dicis. Ergo nihil ex nihilo fieri inter omnes constat.
Quod et Aristoteles primo Physicorum pro principio accipit. Quodsi
quis aliquid ex nihilo factum sive productum dicit, adversus Aristotelem
enuntiat. Nihil enim fieri posse et aliquid fieri posse sibi invicem pugnant.
Nec recte dici potest hoc intellegi de productione rerum per motum, quae
30 materiam praesupponat, non de simplici emanatione rerum, quae nihil
praesupponit. Haec enim distinctio non ex sensu Aristotelis est, sed eorum,
qui Aristotelis opinionem non pugnare cum creatione ostendere velint.
Quod et ipsum non tollit, quin Aristoteles senserit mundum non pro-
ductum. Hic enim philosophus nec verbo usus est tali, ut et adversarius
35 ipse fatetur, nescio quo admonente, nec suis principiis indicat simplicem
illam emanationem, ut quamvis non explicite, tamen implicite dicta elici

τὸ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν φύσιν τοῦ θεοῦ ἐξηρητῆσθαι τὴν ἐκ θεοῦ πρόοδον δηλοῦν βούλοιο. τοῦτο δ' ἡμεῖς μὲν ἂν συγχωρήσαιμεν.

5 Ἐκεῖνος μέντοι ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Φυσικῶν τὴν πρώτην ὕλην ἀγένητον δεῖξαι βουλόμενος· »εἰ ἐγένετο, φησὶν, ὑποκειῖσθαι τι δεῖ πρῶτον, τὸ ἐξ οὗ ἐνυπάρχοντος«. καὶ τῷ θ' τῆς αὐτῆς πραγματείας· »ἅπαν τὸ γινόμενον δυνατὸν ἐστὶ γενέσθαι. ἄλλως γὰρ ἂν ἀδύνατον ἦν γίνεσθαι. καὶ τὸ δυνατὸν εἶναι ἐξ ὕλης ἐστὶ δυνάμει ὑπαρχούσης τὸ εἶδος.« καὶ ἐν τῷ πέμπτῳ τῶν Μετὰ τὰ φυσικά· »δύναμις ἢ μὲν ἀρχὴ κινήσεως ἢ μεταβολῆς ἐν ἐτέρῳ ἢ ἕτερον, ἢ δὲ ὑφ' ἐτέρου ἢ ἕτερον.« ὅπου ὁ ἐξηγητῆς Ἀβερρόης τὸν ὀρισμὸν τοῦτόν φησι πρῶτον εἶναι πάντων τῶν ἄλλων ὀρισμῶν, οἷς ὀρίζεται 10 τὰ τῷ δυνάμεως ὀνόματι καλούμενα, τὸ δηλονότι ἀρχὴν εἶναι τοῦ μεταβάλλειν ἕτερον ἢ ἕτερον. ἔτι φησὶν ἐν τῷ αὐτῷ Ἀριστοτέλης, εἴ τις οὐσία ἐστὶν εἶδος ἄνευ ὕλης, ταύτην εἶναι τε καὶ ἐν εἶναι μὴδ' ἔχειν μηδεμίαν αἰτίαν, ὑφ' ἧς ἂν ἴσχοι τὸ ἐν τε καὶ ὄν εἶναι. δῆλον τοίνυν ἐκ τούτων μηδεμίαν ἄλλην πρόοδον Ἀριστοτέλη βούλεσθαι εἰ μὴ τὴν διὰ κινήσεως 15 γινομένην καὶ ὑποκειμένον τι προὑποτιθεῖσαν, εἴ γε ἐν τοῖς Μετὰ τὰ φυσικά φησιν, ἃ ἐξεθέμεθα. ὅπου οὐ περὶ κινήσεως οὐδὲ φύσεως οὐδὲ τοιούτου τινὸς ἄλλου αὐτῷ ὁ λόγος, ἀλλὰ περὶ τοῦ ὄντος ἢ ὄν. εἰ γάρ, ὡς ὁ ἐναντίος οἴεται, περὶ τῶν φυσικῶς προϊόντων ταῦτα ἔλεγεν ὁ Ἀριστοτέλης, οὐκ ἂν ἐν τῇ Μετὰ τὰ φυσικά πραγματεία, ὅπου περὶ τῶν θείων καὶ αἰδίων 20 καὶ ἀθλων αὐτῷ ὁ λόγος, τὴν ἐνεργητικὴν δυνάμιν διὰ μεταβολῆς ὀρίζετο. οὔτε μὴν ἔλεγε τὴν τοῦ μεταβάλλειν δυνάμιν εἶναι πρώτην ἐν τῷ τῶν δυνάμεων γένει, εἰ τὴν τοῦ δημιουργεῖν δυνάμιν ἄνευ κινήσεως ἐνεργοῦσαν ὅλως V 124^v παρεδέχετο. οὐτ' ἠρνεῖτο ἂν τὸ ἄνευ ὕλης ὑφιστάμενον εἶδος ἔχειν τοῦ εἶναι αἰτίαν, εἰ μὴ ἐν πάσῃ προόδῳ αἰεὶ προὑποκειῖσθαι ὕλην ἐνόμιζεν ἀναγ- 25 καῖον εἶναι.

6 Πῶς δ' ἂν ἀγένητον καὶ αἰδίου ἀναγκαίως ὄντα εἰρήκει ἂν τὸν κόσμον, εἰ δεδημιουργημένον ᾤετο; ἐκεῖνο γὰρ εἶναι βούλεται ἀναγκαῖον, ὃ οὐδενὶ τρόπῳ δύναται μὴ εἶναι. ὁ δὲ κόσμος εἰ δεδημιούργηται, δύναται μὴ εἶναι, εἴ γε τῇ μὲν ἰδίᾳ φύσει τὸ μὴ εἶναι ἀρμόζει — ἔχει δὲ τὸ εἶναι 30 ὑπ' αἰτίας ἐξωτερικῆς — καὶ φύσει πρότερον αὐτῷ τὸ μὴ εἶναι ἢ τὸ εἶναι συμβαίνει. ὃ μάχεται τῷ λόγῳ τοῦ ἀναγκαίου. δι' ὃ καὶ Ἀβικεννάς δοξάζει τὸ ὑπὸ τοῦ θεοῦ δεδημιουργημένον τῇ μὲν ἰδίᾳ φύσει δυνατὸν εἶναι, ἀναγκαῖον δὲ τῇ ἐξωθεν αἰτίᾳ. Ἀβερρόης μέντοι ἐν τῷ τῶν περὶ Οὐρανοῦ πρώτῳ τὴν δόξαν ταύτην ἀποδοκιμάζει ὡς μὴ τῇ Ἀριστοτέλους συμβαί- 35 νουσάν. ὅς πάντων τῶν ἄλλων ὑπομνηματιστῶν τῶν γε παρὰ Λατίνους αὐτοῖς Λατίνους δοκεῖ ἀκριβέστερος εἶναι. δι' ὃ καὶ ἡμεῖς ἐκείνῳ μάλιστα γε ἐνταῦθα τῆς Ἀριστοτέλους διανοίας ἐρμηνεῖ δεῖν ῥηθῆμεν χρῆσθαι. οὗτος οὖν ἐν τῷ τῶν Φυσικῶν πρώτῳ, ὑπομνήματι ὀγδοηκοστῷ πρώτῳ ὑπομνηματίζων ἐκεῖνο τὸ Ἀριστοτέλους τὸ ἐκ μηδενὸς μηδὲν γίνεσθαι· »τὸν λέγοντά τι, φησὶν, 40 ἐκ μὴ ὄντος γίνεσθαι ἀνάγκη συγχωρῆσαι τοῖν δυοῖν τούτοις θάτερον, ἥτοι εἶναι τι μεταβεβληκὸς ἄνευ μεταβολῆς ἢ μεταβολὴν εἶναι ἐν μεταβολῇ, ἄμφω δ' ἀδύνατα. οἱ μέντοι νεώτεροι τὸ ἀδύνατον τοῦτο παραδέχονται,

possit, nisi quis caeli naturaeque dependentiam emanationem interpretetur, quod vel nos facile concesserimus.

Iam vero is primo Physicorum libro, cum materiam primam ingenitam esse probare velit, accipit rationem, quod, si generaretur, praesupponeret sibi aliquod aliud subiectum. Et in octavo eiusdem operis: »Omne, quod fit, inquit, possibile est fieri. Alioquin impossibile esset id fieri. Et quod esse possibile est, id ex materia est, quae est in potentia ad formam.« In quinto etiam Metaphysicorum: »Potentia activa est, inquit, principium mutandi alterum, qua alterum est.« Quod et in octavo eiusdem operis repetit, ubi commentator definitionem hanc dicit esse priorem omnibus definitionibus eorum, quae nomine potentiae appellantur, ut principium sit mutandi alterum, qua alterum est. Item eodem in libro scriptum legimus, si qua substantia est forma sine materia, hanc protinus per se ipsam esse ens atque unum nec ullam habere causam, quae se faciat ens et unum. Ita patet nullam aliam productionem intellegi ab Aristotele nisi eam, quae per motum sit subiectumque praesupponat, quandoquidem in libris Metaphysicis ita loquitur. Ubi non de motu, non de natura, non de aliquo eiusmodi agitur, sed de ente ipso, qua ens est. Profecto si ad physicam tantum producendi rationem haec redigenda putaret, ut adversarius credit, non ea parte philosophiae, qua res divinas tractare vellet, potentiam definiret activam per mutationem. Nec diceret potentiam immutandi esse primam in genere potentiarum, si potentiam creandi illam agentem sine motu ulle pacto admitteret. Neque negaret formam sine materia subsistentem habere causam sui esse, nisi materiam semper in productione praesupponi arbitraretur esse necesse.

Quid vero mundum ingenitum, sempiternum et necessarium esse diceret, si productum putaret? Necessarium enim id esse vult, quod nullo modo possit non esse. At si creatus ex nihilo est, potest non esse, cum ita eius naturae conveniat non esse et habeat esse a causa externa et prius naturae ordine conveniat non esse quam esse. Quod necessarii rationi repugnat. Quam ob rem Avicenna opinatus est, quod creatur a primo, possibile esse sua natura et necessarium causa externa. Quam opinionem Averroes improbat in primo de Caelo, commentator quo diligentiosem neminem Aristotelis opinionum fuisse omnes arbitrantur. Quapropter in allegandis expositoribus hunc imprimis censui adducendum. Hic igitur in primo Physicorum, commento octogesimo primo exponens locum Aristotelis illum ex nihilo nihil fieri, haec refert: »Qui generatum esse quicquam ex non ente dicit, concedat alterum de his duobus, necesse est: aut enim ut mutatum sit sine mutatione, aut ut mutatio sit in mutatione. Quae impossibilia sunt. Sed iuniores hoc impossibile recipiunt, scilicet assueti,

4 Arist. Phys. α 9. 192 a, 29 sq. | 5 cf. Arist. Phys. α 8. 191 a. | 8 cf. Arist. Metaph. δ 2. 1046 a, 10 sq. cf. δ 12. 1020 a, 5. | 12 cf. Arist. Metaph. ε 1. 1026 a. ζ 13. 1038 b. | 40 Averr. In Arist. Phys. I. c. 81.

εἰθισθέντες δηλονότι ἐκ νεαρᾶς ἡλικίας τὰ τοιαῦτα ἀκούειν. τὸ γὰρ ἔθος ἑτέρα γίνεται φύσις.» ἀμφισβητήσειεν οὖν ἂν τίς μὴ κατὰ τὴν Ἀβερρόου κρίσιν γνώμην εἶναι Ἀριστοτέλους τὸ ἀδύνατον εἶναι γίνεσθαι τι ἐκ μηδενός;

7 Τοῦτο μὲν οὖν πρῶτον Ἀριστοτέλους κατὰ τὴν Ἀβερρόου ἐξήγησιν ὑποκείσθω μηδὲν ἐκ μηδενός εἶναι δύνασθαι. δεύτερον δὲ ἐν τῷ τῶν 6 Φυσικῶν ὀγδόῳ, ὑπομνήματι τετάρτῳ τάδε φησὶν ὁ αὐτός· »συμφωνοῦσι πάντες ἀλλήλοις οἱ ἀρχαῖοι μηδὲν ἐκ τοῦ μηδαμῆ μηδαμῶς ὄντος γίνεσθαι. οἷ γε μὲν ἡμέτεροι Ἀραβες οὐκ ἀποδέχονται τοῦτο, ἀλλ' οἴονται δυνατόν V 125 εἶναι ἐκ τοῦ μηδενός τι γίνεσθαι. ταύτης δὲ τῆς πλάνης αἴτιον τὸ πλείω τῶν ἀοράτων ἐξ ὀρωμένων γίνεσθαι. ὁ γὰρ λόγος, ὅτι τοῦτο πειρῶνται 10 δεικνύειν, ὡς τὸ ἐν τῷ ποιεῖν ἀναγκαῖον ὑποκείμενον μειοῖ τὸ τοῦ ποιοῦντος ἀξίωμα, οὐδὲν ὅλως ἰσχύει. εἰ γὰρ τὸ ποιοῦν μὴ ποιεῖ τὰ ἀδύνατα, οὐ μείωσιν τοῦτο τῆς αὐτοῦ ἀξίας δεῖ λέγειν, ἀλλὰ τὸ ἀδύνατον γενέσθαι πλάνην οἰητέον εἶναι καὶ ψεῦδος.» οὕτως Ἀβερρόης ἐν πᾶσιν Ἀριστοτέλει ἐπόμενος τὰ τε ἀξίωμα τοῦτο, τὸ μηδὲν ἐκ μηδενός γίνεσθαι λέγον, καθ' 15 αὐτὸ γνωστὸν εἶναι λέγει καὶ τοὺς ἐκ μηδενός γεγενῆσθαι τὸν κόσμον ὑπολαμβάνοντας ἀδύνατα δοξάζειν. τὸν γὰρ λέγοντα λόγον, ὡς τὸ ἐξ ὑποκειμένου τι γίνεσθαι οὐ τῆ τοῦ τελεωτάτου καὶ ἀπείρου ποιοῦντος ἐνεργεία, ἀλλὰ τῆ τοῦ ἀτελοῦς ποιήσει ἀρμόζειν, οὐχ ἰκανὸν εἶναι νομίζει, ἀδύνατον λέγων ὅποιον ποιοῦντι ἀδύνατον τι ποιεῖν, οἷόν ἐστι τὸ ἐκ τοῦ μηδαμῆ 20 ὄντος τι γίνεσθαι. τοῦτό τε οὐκ ἀδυναμίαν οὐδ' ἐλάττωσιν εἶναι τῆς τοῦ ποιοῦντος ἀξίας, εἴπερ τιμιώτερόν ἐστι τῷ θεῷ μὴ δύνασθαι τοῦτο ἢ δύνασθαι. ἀμαρτάνειν τε καὶ ψευδῆ λέγειν τὸν ἐκ μηδενός ὅλως δύνασθαι τι γίνεσθαι οἰόμενον σαφῶς οὕτως ἐξηγεῖται.

8 Ἐξ ὧν ἀπάντων φανερόν γεγονεν τὸν ἐναντίον οὐ κατὰ τὰς Ἀριστο-25 τέλους, ἀλλὰ κατὰ τὰς τῆς πίστεως ἡμῶν ἀρχὰς καὶ αὐτοῦ Πλάτωνος διαλέγεσθαι. ὁ δ' Ἀβερρόης καὶ ἐν τῷ τρίτῳ τῶν Φυσικῶν ταῦτό τοῦτό φησι καὶ ἐπιτιμᾷ Ἀβικεννᾶ, ὅτι δὴ ἐν τῷ περὶ τῆς τοῦ παντός Οὐσίας συγγράμματι διεννηοχένας δοκεῖ τῆς κοινῆς γνώμης τῶν φιλοσόφων τῆς μηδὲν ἐκ τοῦ μηδενός γενέσθαι δύνασθαι τιθεμένης. εἰ οὖν αὕτη ἡ Ἀβικεννᾶ δόξα 30 ὑπὸ Ἀβερρόου ἀποδοκιμάζεται ὡς μὴ συμβαίνουσα τῆ Ἀριστοτέλους, οὐδεὶς ἂν ποτε δυνηθείη Ἀριστοτέλους εἶναι δόξαν ἀποφαίνεσθαι ἐκ μηδενός δεδημιουργῆσθαι τὸν κόσμον. πλείω δὲ καὶ ἄλλα ἐν ἄλλοις Ἀβερρόης φησὶ περὶ τούτου, οἷόν ἐστι κάκεῖνο ἐν τῷ δωδεκάτῳ τῶν Μετὰ τὰ φυσικά, ὑπομνή- V 125^v ματι ἐννεακαίδεκάτῳ· »οἱ τιθέντες δημιουργίαν, λέγων, τὸ σύμπαν ὄν ἐκ 35 μηδενός ὅλως ὑπὸ τοῦ ποιοῦντος δημιουργηθῆναι φασὶ μηδὲ εἶναι ἀναγκαῖον προὑποκεῖσθαι ὕλην, ἐξ ἧς ἂν ποιήη. αὐτὸ γὰρ τὸ σύμπαν δημιουργεῖσθαι. αὕτη γὰρ ἡ δόξα τῶν ἀποφαινομένων ἐστὶν Ἀράβων τε καὶ Χριστιανῶν, ὡς καὶ Ἰωάννης ὁ Φιλόπονός φησι τὴν δύναμιν οὐκ εἶναι εἰ μὴ ἐν τῷ ποιοῦντι, ὡς Ἀλφαράβιος ἱστορεῖ ἐν τοῖς περὶ τῶν Μεταβαλλόν- 40 των ὄντων λόγοις.» μέμνηται δὲ καὶ τῆς Ἀβικεννᾶ δόξης τιθεμένου τι

6 Averr. In Arist. Phys. VIII. c. 4. | 35 cf. Averr. In Arist. Metaph. XII. c. 19.

quoniam a pueritia id audiant. Consuetudo enim natura altera est.« Numquid dubium sit, ne iudicio Averrois ex sententia Aristotelis impossibile sit aliquid ex nihilo fieri?

Hoc igitur primum ex Aristotelis opinione accepimus ab Averroee, 7
 5 ut nihil productum ex nihilo esse possit. Secundum autem in octavo
 Physicorum, commento quarto ad hunc modum: »Convenit inter veteres
 omnes auctores, ut ex non ente puro nihil generetur. Sed assertores et
 Saraceni nostri negant principium hoc et possibile putant, ut ex nihilo
 aliquid generetur. Cuius erroris causa est, quod plura visu incomprehen-
 10 sabilia generentur a rebus visu comprehensibilibus. Nam ratio, quam affe-
 runt ad id probandum, quod subiectum necessarium agendi diminuit aucto-
 ritatem agentis, vulgaris et trivola admodum opinio est. Agens enim, si
 agere non potest quicquam impossibile, dicendum non est amittere suam
 auctoritatem, sed rem, quae impossibilis est, effici posse arbitrari. Id certe
 15 falli et decipi est.« Ita Averroes, consecrator intimus Aristotelicae disci-
 plinae, et principium hoc per se notum esse existimat nihil ex nihilo
 fieri et Christianos, Iudaeos et Saracenos, qui creatum esse ex nihilo
 opinantur, impossibile sibi admittere. Assertores enim et loquentes hos
 vocat, quoniam sine demonstratione loquantur et tantum asserant. Ratio-
 20 nem enim illam, quod subiectum requiritur in actione agentis imperfecti,
 non perfectissimi et infiniti, frivolam esse arbitratur, cum fieri non possit,
 ut aliquod agens rem impossibilem faciat, quale est ex nihilo quicquam
 fieri. Idque non esse impotentiam et defectum agentis, quando dignius id
 non posse quam posse deo est. Falli item ac decipi eum, qui credit ex
 25 nihilo posse quicquam fieri, aperte exponit.

Ex quibus latissime patet adversarium loqui ex opinione fidei nostrae 8
 et Platonis, non Aristotelis. Sed Averroes vel super tertio Physicorum
 idem fatetur, ubi et Avicennam reprehendit, quod aliquantulum dissentire
 visus fuerit in opere de substantia orbis a communi philosophorum con-
 80 sensu, ut nihil ex nihilo possit fieri. Quodsi opinio haec Avicennae aperte
 ab Averroee improbatur ut a sententia Aristotelis aliena, nemo utique potest
 sine reprehensione attribuire Aristoteli creationem ex nihilo factam. Plura
 etiam Averroes de hoc locis aliis affert improbando, quale vel illud est,
 quod in duodecimo Metaphysicae, commento decimo nono his verbis ex-
 85 ponit: »Qui autem creationem statuunt, ens totum ab agente creari ex
 nihilo aiunt nec esse necesse, ut materia sit, in quam agat. Totum enim
 ipsum creari. Quae quidem opinio assertorum legis tum nostrae, tum Christia-
 norum est, et quidem Iohannes Christianus possibilitatem non esse nisi
 in agente ait, ut Alpharabius narrat libro de Entibus Mutatis.« Avicennae
 40 quoque opinionem loco eodem meminit, quae datorem statuit formarum,

τῶν εἰδῶν παρεκτικόν, ὡς δὴ τὰ φύσει ποιοῦντα διατιθέναι μόνον τὴν ὕλην διὰ τῶν πρώτων ποιοτήτων, τὰ δ' εἶδη ἐτέρωθεν εἰσάγεσθαι. μέμνηται δὲ καὶ τῆς Ἀναξαγόρου περὶ τῆς τῶν εἰδῶν ἀποκρύψεως δόξης. τελευταῖον τὴν Ἀριστοτέλους ἐπιφέρει γνώμην, ὅς γε ἀξιοῖ τὸ ποιοῦν ποιεῖν τὸ σύνθετον ἐξ ὕλης καὶ εἶδους κινεῖν αὐτὸ τινα τρόπον καὶ μεταβάλλον τὴν ὕλην, μέχρις ἂν ἀπὸ τοῦ δυνάμει προαχθῆ εἰς τὸ ἐνεργεῖα, οὐκ εἰσιόντος ἀλλ' ἐξιόντος τοῦ εἶδους, ἵνα μηδὲν ἐκ μηδενὸς γίνωτο, ἀλλὰ προϋποκειμένου τινὸς ἀεὶ τι ποιοῖ τὸ ποιοῦν εἰς ἐνέργειαν προάγον, ὃ δυνάμει πρότερον ἦν καὶ τινα τρόπον λαμβάνον, ὡς καὶ τῆ Ἀναξαγόρου ἀποκρύψει ὁμοίον πη καὶ τῆ δημιουργία εἶναι, ἐφ' ὅσον δηλαδὴ τὸ δυνάμει ὄν ἐνεργεῖα ἐκ 10 μηδενὸς ὑφίσταται τρόπον τινά.

9 Προσκεισθῶ καὶ ὅπερ ἐν τῷ αὐτῷ βιβλίῳ, ὑπομνήματι τεσσαρακοστῷ τετάρτῳ κατὰ τοῦ Ἀβικεννά ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ περὶ τῶν χωριστῶν οὐσιῶν λέγεται. »τινάς, φησί, τῶν χωριστῶν οὐσιῶν ἀκολουθεῖν ἐτέραις τισὶν ἀξιούσι τινες ὡς τῷ αἰτίῳ τὸ αἰτιατόν. τὴν δὲ πρώτην μίαν εἶναι δεῖν καὶ 15 ἀπλῆν. ἀπὸ δὲ τοῦ πρώτου κινουῦντος προῖέναι τὴν τοῦ πρώτου οὐρανοῦ ψυχὴν καὶ τὸ τῆς δευτέρας σφαίρας κινεῖν. καὶ οὕτως ἀναγκαῖον μὴ εἶναι ἀπλοῦν ἔχειν τε αἰτίαν πρὸ ἑαυτοῦ. ἀλλ' οὗτος ὁ λόγος φαντασιώδης καὶ πλασματώδης ἐστίν. οὐδεμία γὰρ τῶν ἐκεῖ πρόοδος ἐστίν οὐδὲ ἀκολουθήσις V 126 τις οὐδὲ ἐνέργεια, ὡς δυνατόν εἶναι φάναι μίαν ἐνέργειαν ἀκολουθεῖν ἐνὶ 20 μόνῳ ποιοῦντι. τὸ γὰρ αἰτιον καὶ αἰτιατόν τοῖς ἐκεῖ τούτῳ τῷ τρόπῳ ἐστίν, ὃ φάμεν τὸ νοητὸν αἰτίαν εἶναι τοῦ νοοῦντος. τούτου δ' ὄντος δυνατόν ἐστὶ τὸ καθ' αὐτὸ ὄν νοοῦν καὶ νοούμενον αἰτίαν εἶναι πλειόνων ὄντων, ἐφ' ὅσον διαφόρως νοοῖντο.« καὶ μετὰ τινα ὁ αὐτός »ἢ δὲ τῶν ῥημάτων τοιαύτη, φησί, συνήθεια ἢ παρὰ τοῖς μεταγενεστέροις, ὡς ὑπὸ τοῦ τοιούτου 25 του δηλονότι κινουῦντος τοιάδε κίνησις γίνεται ἢ ἀκολουθεῖ ἢ παράγεται ἢ πρόεισι καὶ ὅσα τοιαῦτα, οὐκ ἀληθῶς περὶ τῶν χωριστῶν οὐσιῶν κατηγορεῖται. ταῦτα γὰρ πάντα τῶν ἐπιπολῆς καὶ οὐ κυρίως ποιούντων διαθέσεις εἰσίν. οὐδὲν γὰρ πρόεισιν ὑπὸ τοῦ ποιοῦντος, ὡς ἔφην, ἀλλὰ μόνον εἰς ἐνέργειαν ποιεῖ ἐξιέναι τὸ δυνάμει πρότερον ὄν. ἐπεὶ δὲ τοῖς ἐκεῖ δυνά- 80 μει οὐδὲν ἐστίν, οὐδὲ τὸ ποιοῦν δηλονότι ἐστίν. νοῦς ἄρα καὶ νοητὸν ἐστίν ἐκεῖ μόνον τελειοῦν τε καὶ τελειούμενον, ὥσπερ καὶ τὰ τεχνητὰ ἄλλα ὑπ' ἄλλων προΐασι διὰ τὸ τὰς ἰδίας ἀρχὰς ἄλλας ἄλλοθεν ἔχειν, τελευτῶντα δὲ πάντα εἰς ἓν καὶ τὸ αὐτὸ ἀνάγεται τὸ καθ' ὅλου τεχνητόν, ὅθεν ἕκαστα τὰς ἰδίας λαμβάνει ἀρχὰς. ὅθεν καὶ ἡ κυριωτάτη ἐπιστήμη ἢ ἐν τῇ πρώτῃ 85 φιλοσοφίᾳ περιεχομένη τοῦ πρώτου ἐστὶ θεοῦ. ἢ δὲ τῶν ὑπ' ἐκείνῳ ἀρχῶν ἰδίως ἐπιστήμη ὁμοία ἐστὶ ταῖς μερικαῖς ἐπιστήμαις, ταῖς τῇ πρώτῃ φιλοσοφίᾳ ὑποκειμέναις, ὡς ὁ Περιπατητικὸς Νικόλαος ἐν τῷ περὶ Φιλοσοφίας πρώτῳ παραδίδωσι. τὸ δὲ ὑπὸ τοῦ Πλάτωνος γραφόμενον δεδημιουργῆσθαι θεοῦς ὑπὸ τοῦ πρώτου, οἷς προστάττοιο τὰ θνητὰ ζῶα δημιουργῆσαι, 10 ἐκεῖνον δὲ παύσασθαι τῆς δημιουργίας, οὐχ οὕτω νοητέον, ὡς τὰ ῥήματα φιλά ἐμφαίνει.« ἔτι δ' ἐν τῷ πέμπτῳ τῶν Μετὰ τὰ φυσικὰ ἐξηγούμενος τὸν περὶ τοῦ ἀναγκαίου λόγον τάδε φησίν· »εἴπερ ἐστὶν ὄντα ἀπλᾶ, ἀτὰρ

ut agentia naturalia disponant tantum materiam per qualitates primas, forma autem detur aliunde. Memorat etiam Anaxagorae opinionem de formarum latitatione. Postremo Aristotelis affert sententiam, ut agens faciat compositum ex materia et forma, idque certo modo movendo et immutando
 5 materiam, donec exeat de potentia in actum, atque educendo non inducendo, ne creatio ex nihilo sit, sed praesupposito semper subiecto agens extrahat in actum, quod in potentia est et quodam modo latitat. Quo fit, ut et latitationi Anaxagorae aliqua ex parte assimiletur et creationi videlicet, quatenus, quod potentia fuerit, actu ex nihilo quodam modo existat.

10 Addo, quod super eodem libro, commento quadragesimo quarto contra Avicennam ab eo dicitur de intelligentiis. »Aiunt, inquit, quasdam intelligentiarum consequi quasdam ut causatum causam. Primam vero unam esse debere ac simplicem. A motore autem primo provenire animam primi caeli et motorem orbis sequentis. Atque ita esse necesse, ut non sit
 15 plex et habeat causam priorem. Quae ratio imaginaria est. Nullus enim ibi proventus, nulla consecutio est aut actio, ut dici possit unam actionem consequi unum agens tantum. Causa enim et causatum ibi eo modo est, quo intellectum esse causam dicimus intelligentis. Quod cum ita sit, possibile est, ut, quod est per se intelligentia et intellectum, id causa pluri-
 20 morum entium sit, in quantum varie intelleguntur.« Idem mox: »Verborum autem, inquit, consuetudo illa apud iuniores, ut a tali motore talis proveniat motus aut prosequatur aut producat aut procedat et reliqua id genus, non vere de abstractis substantiis praedicatur. Haec enim omnia dispositiones sunt agentium superficie tenus, non vere. Nihil enim provenit
 25 ab agente, ut dixi, sed tamen extrahere in actum, quod est in potentia, interest agentis. Itaque cum ibi potentia non sit, nec agens est. Intellectus utique tantum et intellectum ibi est perficiens et perfectum, quem ad modum artificia alia ab aliis proficiscuntur eo, quod sua principia alia ab aliis trahunt, demumque omnia reducuntur ad idem universale artificium, unde
 80 sua quaeque principia accipiant. Quam ob rem scientia prior primi dei est, quae in prima philosophia continetur. Scientia vero propria principiorum, quae sub illo sunt, similis est scientiis particularibus, quae primae philosophiae subiacent, ut Nicolaus Peripateticus in suo de Philosophia prima opere refert. Quod autem a Platone scribitur creatos esse a primo
 85 deos, quibus praeciperetur, ut mortalia animalia ipsi crearent, primum autem illum creatorem requievisse ac vacuum labore mansisse, non est ita intellegendum, ut verba sonant.« Quinto etiam libro eiusdem operis exponens locum de necessario haec refert: »Si sunt entia simplicia, aeterna

14 cf. Averr. In Arist. Metaph. XII. c. 44. | 24 Averr. In Arist. Metaph. XII. c. 44. |
 49 cf. Averr. In Arist. Metaph. V. c. 6.

V 126^v καὶ ἀμετάβλητα, ὡς ἀλλαχοῦ διασεσάφηται, οὐδὲν αὐτῶν ἐστὶν ἐτέρωθεν ἀναγκαῖον οὐδ' ἐστὶ τι οὐδὲν ἐν αὐτοῖς ἔξω τῆς ἑαυτῶν φύσεως. « ταῦτα μὲν οὖν Ἀβερόης.

10 Ἀνακεφαλαιωσώμεθα οὖν τὰ ὑπ' αὐτοῦ κατὰ τὴν Ἀριστοτέλους δόξαν εἰρημένα κατὰ τουτουῖ τοῦ ἀνθρώπου. τὴν δόξαν φησὶ τοῦ Ἀβικεννᾶ 5 τιθεμένου δημιουργίαν τοῦ κόσμου παντελῶς ἀποδοκιμαστέαν. ἐν ταῖς νοηταῖς οὐσίαις μὴ εἶναι αἰτιον καὶ αἰτιατὸν οὔτε ποιῶν καὶ ποιούμενον, ἀλλὰ νοῦν καὶ νοούμενον, ἐπεὶ περ ἑτέρα ἑτέραν νοεῖ καὶ νοῦσα τελειοῦται. τὸ ποιῶν οὐ δι' ἄλλο τι λέγεσθαι ποιῶν ἢ διὰ τὸ προάγειν εἰς ἐνέργειαν τὸ ὄν δυνάμει, καὶ διὰ τοῦτο τὸ ποιῶν αἰεὶ προὑποτιθέμενον ἑαυτῷ ὑλικὸν 10 ὑποκειμενον μὴδ' εἶναι δυνατόν μηδενὸς προὑποτιθέντος τὸ ποιῶν δύνασθαι τι προάγειν. τὰς νοητάς οὐσίας εἶναι ἀναγκαῖα ὄντα καθ' αὐτὰ καὶ ὑπ' οὐδενὸς ἄλλου τὸ ἀναγκαῖον ἔχοντα. ἔτι δὲ καὶ τὰ τοῦ Πλάτωνος ῥήματα οὐχ οὕτω νοεῖν δεῖ, ὡς ἐμφαίνει τὰ ῥήματα. ὣν οὕτως ἐχόντων δῆλον, ὡς ὁ ἐναντίος μάρτην ὑπ' ἀγνοίας ἀποδίδωσι τῷ Ἀριστοτέλει τὴν ἐκ τοῦ 10 μηδενὸς ὅλως δημιουργίαν.

11 Οὐ μὴν ἀλλὰ πρὸς μείζονα τοῦ πράγματος δήλωσιν καὶ ἄλλον ἀξιόπιστον μάρτυρα παραγάγωμεν, Ἀλβέρτον δηλαδὴ τὸν Μέγαν τὸν τῆς Ἀριστοτελικῆς σχολῆς προστάτην, ὡς ἂν ἡ τοῦ ἐναντίου πλάνη (μᾶλλον) καὶ μᾶλλον δηλωθῆ. οὗτος οὖν ἐν τῷ ἐνδεκάτῳ τῶν Μετὰ τὰ φυσικὰ περὶ τὰ 20 τέλη· μᾶλλον ἡμῖν ἐστὶ, φησὶν, ὁ τῶν κινούντων τὰ οὐράνια σώματα ἀριθμὸς καὶ αὐταὶ αἱ κινήσεις. δι' ὃ καὶ ὁ Ἀριστοτέλης διστάζων παραδίδωσι τὸν περὶ τούτων λόγον. ἐπεὶ δ' ἐκ τοῦ τῶν αἰτίων καὶ αἰτιατῶν λόγου οὐδὲν περὶ αὐτῶν κατανοηθῆναι δύναται, ἢ οὐδὲν ὅλως περὶ αὐτῶν διαλέγεται ἢ τοιαῦτα εἶναι οὐκ ἀποδέχεται. εἰσὶ δὲ τινες, οἳ οὐδέτερον τούτων τιθέμενοι 25 νομίζουσι ἑαυτοὺς κατὰ φιλοσόφους περὶ αὐτῶν πραγματεύεσθαι. οἳ δὲ τὴν

V 127 φιλοσοφίαν τῇ θεολογίᾳ μιγνύντες ἑκατέραν συγχέουσι. λέγουσι γὰρ ἀφ' ἐνὸς ἀπλοῦ πρώτου τῆ οὐσίᾳ ἐνεργοῦντος οὐ προάγεσθαι εἰ μὴ ἐν. ὅθεν εἴ τι ἀπὸ τινος ὄν πλείω εἶη καὶ πολλαπλοῦν, τὸ ἀφ' οὗ ἐστὶν οὐ τῆ οὐσίᾳ ποιεῖ. ὀρώμεν δὲ μὴ προάγεσθαι εἰς τὸ εἶναι ἑτέραν σφαῖραν ἀφ' ἑτέρας 30 οὔτε μὴν ἐξ ὕλης γενᾶσθαι, πολλαπλῆν τε αὐτῷ ἐκάστην καὶ διάφορον εἶναι. προάγεται ἄρα εἰς τὸ εἶναι διὰ τινος ποιῶντος προαιρετικῶς. τοῦτο γὰρ ἐν ὑπάρχον πλείω ποιεῖ, ὡς βούλεται, καὶ ἐκ τοῦ μηδενὸς δημιουργεῖ οὐ δεόμενος ὕλης προὑποκειμένης διὰ τὴν τῆς ἀπείρου δυνάμεως ἑαυτοῦ πρὸς πάντα τᾶλλα ποιῶντα ὑπεροχὴν. ἡμῖν δ' ἐνταῦθα οὐ περὶ τούτων 35 σκοπὸς πραγματεύεσθαι, ἀλλὰ τὴν τῶν Περιπατητικῶν δόξαν προὑθέμεθα σαφηνίσαι. ἃ δ' ὑπὸ Πλάτωνος λέγεται, μενέτω ὡς ἔχει, ἕως ἂν σαφηνισθῆεν ὑπό τινος. ἡ δὲ θεολογία ἢ ἡμετέρα οὐ συνάδει ταῖς τῶν φιλοσόφων ἀρχαῖς τε καὶ λόγοις, εἰ γε ἀποκαλύψει καὶ ἐπιπνοίᾳ θείᾳ ἰσχύει, οὐκ ἀνθρωπίνους λογισμοῖς τε καὶ ἀποδείξεσιν. « οὕτως οὐκ ἀποδέχεται ὁ Ἀλ- 40

10 μᾶλλον *supplevi sec. versionem Latinam.* | 20 ἐνδεκάτῳ *scripsi* δωδεκάτῳ V

20 Albert. Magn. Metaph. XI. 1r. 3. c. 7.

et immutabilia, ut declaratum alibi est, nullum illorum acquirit sibi esse necessarium ab alio neque est quicquam in illis extra naturam.« Haec Averroes.

Sed redigamus ad summam, quae huius Aristotelici auctoris sen- 10
 5 tentia contra adversarium dicit, opinionem Avicennae statuentis creationem esse omnino repudiendam. In intellegentis non esse causam et causatum nec agens et actum, sed intellegens et intellectum, quoniam aliam alia intellegit intellegendoque perficit. Agens nulla alia ratione dici agens, nisi quia extrahit ad actum, quod in potentia est, et proinde semper agens praesupponere subiectum materiale nec esse possibile, ut nullo praesupposito
 10 ipsum agens producere quicquam possit. Intellegentias esse entia necessaria per se ac sibi esse necessarium ab alio non acquirere. Item Platonis verba non ita esse exponenda, ut sonant. Quae cum ita sint, constat latissime adversarium falso per ignorantiam attribuere Aristoteli creationem
 16 ex nihilo.

Sed alterum testem et hunc gravissimum adducam Albertum Ari- 11
 stotelicae scholae familiarem, ut, quam adversarius erret, magis magisque explicetur. Hic undecimo Metaphysicae, tractatu ultimo, capitulo septimo ita concludit: »Incertus est nobis motorum numerus caelestium corporum
 20 cum suis motibus. Ideoque Aristoteles dubie locutus de his est. Sed quoniam per rationem causandi nihil adversus haec comprehendi possit, ideo aut nihil omnino de his disserit aut talia esse reprobat. Ceterum sunt, qui neutram harum viarum sequentes putant sese per viam philo-
 sophandi incedere. Sic philosophiam cum theologia confundunt. Ab uno
 26 simplici primo agente per essentiam non est nisi unum, inquit. Itaque si, quod ab aliquo est, multum et multiplex sit, non id, a quo est, agit per essentiam. Videmus autem non alterum per alterum caelum produci in esse nec omnino generari ex materia, ipsumque multiplex esse et varium. Ergo producitur in esse ab aliquo agente per electionem. Hoc enim
 80 multa agit unum existens, ut vult, et causat ex nihilo, cum non indigeat materia praeiacente propter suae infinitae virtutis excessum supra omnis agentis rationem. Sed nos, ut supra diximus, non positiones has tractare hoc loco volumus. Non enim hoc negotio nisi sententiam Peripateticorum instituimus explicare. Quae autem a Platone dicuntur, maneant quoad
 86 possunt, donec ab aliquo exponantur. Theologiae vero ratio nostrae non cum philosophorum principiis convenit, quoniam revelatione inspirationeque divinitus haec fundatur, non demonstratione humana.« Sic Albertus negat

βέρτος ἐκ τῶν τῆς φιλοσοφίας Ἀριστοτέλους ἀρχῶν δύνασθαι ληφθῆναι τὴν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος τῶν ὄντων δημιουργίαν καὶ τὸ τὸν θεὸν κατὰ προαίρεσιν ποιεῖν πλείω προάγοντα καὶ διὰ τὴν τῆς ἀπείρου δυνάμεως ὑπεροχὴν ἑαυτοῦ μηδεμιᾶς ὕλης δεῖσθαι, ἀλλ' ἐκ τῆς ἡμετέρας ἀληθοῦς θεολογίας ταῦτα δύνασθαι ληφθῆναι τῆς δι' ἀποκαλύψεως θείας τοῖς διδασκάλοις ἐμπνευσθείσης. ὁ δ' ἐναντίος οὗτος τὰ ἴδια τῆς ἱερᾶς ἡμῶν πίστεως εἰς τοὺς Περιπατητικούς ἀναφέρει. καὶ ὁ οἱ ἡμέτεροι παντελῶς ἀποστρέφονται, οὗτος ἀποδέχεται τε καὶ εἰς τὴν ἱερὰν ἡμῶν αὐλὴν εἰσελεύειν πειρᾶται.

12 Καὶ μὴν καὶ Ἐρυξ ὁ Γανδαβινὸς κατὰ τὴν Ἀριστοτέλους γνώμην τριττὴν φησὶν εἶναι τὴν πρὸς τὸ εἶναι σχέσιν ἐκάστου. »ἢ γὰρ ἐξ ἑαυτοῦ μὲν καὶ εἰδικῶς ἐστὶν ἀναγκαῖον, ἐξ ἄλλου δὲ αἰτιατικῶς, ἢ ἐξ ἑαυτοῦ μὲν εἰδικῶς ἀναγκαῖον, ἐξ ἄλλου δὲ κατὰ τὸ ἐξηρητῆσθαι ἐκεῖνου, ἢ τὸ τρίτον, V 127^v ἐξ ἑαυτοῦ μὲν ἐστὶ δυνατόν εἶναι, ἐξ ἄλλου δὲ ἀναγκαῖον εἶναι διὰ τὸ τὴν αἰτίαν ἀναγκαῖως τὸ δυνατόν ἐκεῖνο προάγειν. ἀλλὰ τούτων ὁ μὲν πρῶτος τρόπος, φησὶν, ἀντίφασιν περιέχει. τὸ γὰρ αἰτιατικῶς ὂν ἐξ ἄλλου, τοῦτο 15 καθ' αὐτὸ ἐστὶ μὴ ὂν καὶ δυνατόν εἶναι. τὸ δ' ἐξ αὐτοῦ ἀναγκαῖον οὐδαμῶς ἐστὶ δυνατόν.« ῥητέον οὖν τὸν Ἀριστοτέλη διὰ τοῦτο προσθεῖναι τοῦτον τὸν τρόπον, ἵνα τὴν ἀντίφασιν δηλώσῃ. καὶ ἐπεὶ ἐδόξασε τὰς χωριστὰς οὐσίας ἔχειν ἀναγκαῖον εἶναι ἐξ ἑαυτῶν, ἠρνήσατο αἰτιατικῶς αὐτὰς τῆς πρώτης αἰτίας ἐξηρητῆσθαι. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὸν τρίτον τρόπον οὐ παρα- 20 δέχεται ὡς καὶ αὐτὸν ὁμοίως ἀντίφασιν περιέχοντα, ὡς ἐκ τοῦ ὑπομνηματιστοῦ ἐν τῷ δωδεκάτῳ τῶν Μετὰ τὰ φυσικὰ δεικνυται, κακῶς φρονῆσαι Ἰωάννην τὸν Φιλόπονον λέγοντος τὴν ἐξ ἑαυτῆς δυνατὴν κίνησιν δύνασθαι ὑπ' ἄλλου αἰτίου γίνεσθαι. »ἢ γὰρ δυνατὴ οὐσία αἰτίου εἶναι οὐ δύναται. καὶ διὰ τοῦτο ἡ αἰτία οὐσία οὐκ ἐστὶν ἀπ' ἄλλου. εἰ γὰρ ἀπ' ἄλλου ἦν, 25 τὸ ἐξ ἑαυτοῦ δυνατόν ἦν ἂν αἰτίου. ὁ μάχεται τῇ Ἀριστοτέλους δόξῃ.« κὰν τῷ πρώτῳ δὲ τῶν περὶ Οὐρανοῦ ὁ αὐτὸς ἐξηγούμενος τὸ ῥητὸν ἐκεῖνο τὸ λέγον ἀδύνατον εἶναι τὸ γενητὸν μὴ φθαρῆναι· »εἴ τι, φησί, γενητὸν εὐρίσκειτο εἶναι αἰτίου, ἢ δυνάμει οὔσα οὐσία μεταβάλλοι ἂν εἰς ἀναγκαῖαν οὐσίαν.« ἄλλως γὰρ οὐκ ἂν εἴη τοῦτο, εἰ μὴ ἦτοι ἢ ἑτέρα οὐσία εἰς τὴν 30 ἑτέραν μεταβάλλοι, ἢ δύο ἐναντία οὐσία εἴεν κατὰ ταῦτό. λοιπὸν ἄρα ἐστὶν τὸ τὸν μέσον τῶν τριῶν ἐκείνων τρόπον εἶναι τοῦ Ἀριστοτέλους δόξαν, δηλαδὴ τὸ ἐξ ἑαυτοῦ εἰδικῶς ἀναγκαῖον εἶναι ἔχον ἐξηρητῆσθαι τοῦ θεοῦ οὐχ ὡς ποιητικῆς, ἀλλ' ὡς τελικῆς αἰτίας καὶ τελειωτάτης πάντων τῶν ὄντων. τῆς αὐτῆς δὲ γνώμης καὶ οὐκ ὀλίγοι τῶν μεταγενεστέρων 35 εἰσὶ διδασκάλων.

13 Ἡμεῖς δὲ καὶ τρίτον πρὸς τοῖς εἰρημένοις μάρτυρα πλείστου ἄξιον καὶ τὴν Ἀριστοτελικὴν εἰς ἄκρον ἐξησηκῆμένον φιλοσοφίαν Θωμᾶν τὸν ἐκ V 128 τοῦ Ἀκυῖνου παράγομεν. ὅς ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Ἐπιτομῶν ἑαυτοῦ, ζητήματι τεσσαρακοστῷ τετάρτῳ καὶ κεφαλαίῳ δευτέρῳ ζητῶν, εἰ ἢ πρώτη ὕλη ἐκ 40 θεοῦ δεδημιούργηται· »οἱ ἀρχαῖοι, φησί, φιλόσοφοι κατὰ μικρὸν εἰς τὴν τῆς ἀληθείας γνώσιν ἀφίκοντο. ἐξ ἀρχῆς γὰρ ὡσπερ παχυλώτεροί τινες ὄντες τὸν νοῦν μόνον τὰ αἰσθητὰ σώματα ὑπελάμβανον εἶναι. οἱ τε κίνησιν